



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

39. An votum, seu iuramentum de non procurando, seu acceptando
Episcopatum, vel non esse Senatorem, Iudicem, Præsidem, &c. sit
validum? Idem dicendum est de aliis Prælaturis, & officiis, sive ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

De Voto, & Iurament. Ref. XXXIX. &c. 65

¶. Ref. solum voluntatis Pontificis referuantis interpretatione , ergo & multò longè probabilius erit , quod prefatis casibus nequeant Religiosi in dicto voto ab soluto castitatis dispensare . Patet consequentia , quia Religiosi solum possunt dispensare cum Sæcularibus in votis omnibus , in quibus iure ordinari potest in Episcopos . Ergo , &c. quicquid contraria me dixit Psl- qualius . Sed opinio , quam ego docui , est communis .

RESOL. XXXIX.

An votum, seu iuramentum de non procurando, seu acceptando Episcoparum, vel non esse Senatorem, iudicem, Presidentem, &c. sit validum?
Idem dicendum est de aliis Praesulatis, & Officiis sine secularibus, sine regulariibus. Ex part. 6. tractat. 7. & Milc. 2. Ref. 27.

S. 1. **N**egatiuum sententiam docet Azorius *tom. i.*
lib. ii. cap. 5. ques. 1. *Gloss. in cap. vnic. verb.*
sacrosanctis, dift. 8. 5. Roman. *singul. 507.* Angel. *verb.*
iuramentum 5. n. 3. *Nauarr. in Manual. cap. 12. num. 16.*
Barbos. *in t. alia §. eleganter, n. 28. ff. solut. maritim. &*
Sylvest. *verb. iuramentum 4. n. 1.* Probatur hæc opinio,
quia, qui Episcopatum desiderat, bonum opus desi-
derat. Ergo illius suscepit bona est; ergo illius pri-
uatio bona esse non potest. Et confirmo. Episcopatus
status est perfectionis: ergo nequit se obligare ad illum
non afflendum: quia tamen obligatus viam perfectio-
ni precludere, & statum Ecclesie perfectissimum ful-
gere: & forte ea de causa Gregorius magnus *cap. vnic.*
85. dift. mandat inquireti de quodam Archidiaco Flo-
rentino, qui ad Episcopatum fuerat electus, an iusfu-
randum præbuerit nunquam se ad Episcopatum acce-
dere. Non autem eam inquisitionem facere præcipiter:
si tale iuramentum, seu votum honestum esset. Ergo
dicendum est tale votum non valere.

2. Verum affirmativa sententia omnino adhaerendum esse puto quam tenet Suarez de Religione tom. 2. lib. 2. de iuramentis cap. 13. n. 1. & lib. 2. de votis cap. 11. num. 10. ¶ 1. Layman lib. 4. tract. 4. de votis cap. 2. n. 14. in fine. Trullench in Decalogum tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 5. num. 19. Caltrus Palus tom. 3. tract. 15. disp. 1. punt. 8. § 5. num. 7. Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. cap. 8. n. 37. Mollesius in summa tom. 1. tract. 11. c. 1. n. 38. & alij communiter. Erratio est, quia non procurare, nec acceptare Episcopatum, quantum est ex parte sua spectat ad humiliatem, qua fe tanto munere indignum quispiam putat, ac honores, diutinaque refugit. Atque ita videns multos sanctos, vt Diuum Augustinum, Diuum Ambrosium, Diuum Gregorium (vt ex eorum vita constat) totis viribus resistiss, ne Episcopi crearentur. Quod minimè efficerentur, nisi id humiliatis opus Deo grauissimum esset. Ergo est materia voti. Insuper quia professi Societatis I E s v id votum emittunt iuxta eorum constitutiones, quas varij Pontifices approbarunt. Item quia illicitum est procurare Episcopatum, (vt defendit Dius Thomas communiter receptus 2. 2. quest. 18. art. 1.) ergo non procurare, quantum est ex parte sua, & obligatum respuere est licitum, ac materia voti. Atque ita D. Thom. ead. 185. art. 2. ait licitum esse secundum propriam voluntatem recusare Episcopatum. Et quod dictum est de voto, vel iuramento non procurandi, vel acceptandi Episcopatum, dicendum est etiam de aliis Prelaturis, & officiis suis facultaribus, sive regularibus. Et ideo ego olim consilii validum fuisse votum cuiusdam de non acceptando Iudicatum magna Curia Regni Sicilia: licet postea ex rationibus, & causis mihi bene visis illud in alia pia opera commutauerim.

Tom. VIII.

3. Restat modus respondere ad argumenta contraria. Et idem cum Castro Palao *ubi supra* admoto defiderat Episcopatum esse opus bonum ab eo, qui irreprobabilis est, & qualitates habet ab Apostolo *ad Timotheum 3.* & *ad Titum 1.* requiritasquas de se nemo debet praeflumere: sed esto sit opus bonum, & perfectum, est tamen periculosum, ac proinde confitulisti est cui libet particulari illum ex parte tua respuerere, quam appetere. Ad confirmationem dico Episcopatum statum esse perfectionis non quia ad perfectionem promovet, sed quia perfectionem in aliis supponit. Cuidatur autem nullus de se debetur praeflumere eam, per actionem habere, quae tanto statui conueniens, optime facit, si eum statum perfectissimum respuerat, ut pote illo indignus. Ad textum in cap. vnioco dico Gregorium inquisitionem fecisse, an ille Archidioecesis iuraverit ad Episcopatum non ascendere, non quia in tali iuramento peccatum commiserit; sed ut rideret, an fuerit conueniens sic iuramento obstatum ad Episcopatum promouere: an potius cum in sua humilitate relinqueret.

4. Vnde ex his omnibus appetet in nostro Capitulo generali anno 1611, recte fuisse a Patribus decretum tenoris sequentis firmatum. Qui Praepositus Generalis fuerit creatus, illud antequam ei obediencia praestetur, iurecurando se obstringat non ambiendi Ecclesiasticas dignitates extra Congregationem, nec per se, nec per alios, nec directe, nec indirecte, nec clam, nec palam: verum etiam illas ne vltro quidem oblatas nisi praeciptio Sanctissimi Se recepturn; idque, nedum tuto, sibi Generalatus tempore, sed etiam non nisi anno elapsio a sui iuris abdicatione. Sic ibi.

R E S O L . X L .

An qui dubius est, an emiserit votum habens usum rationis, steneatur adimplere?

Idem est de iuramento.

Et an, quando quis certus est se emissse vngum, v.g. castitatis; sed dubius an habuerit animam? Sicut hinc dicitur;

Et an dictum votum censetur reseruatum Pontifici? Ex-

S. I. **H**anc quæstionem pertractat Turrianus in Sup. hoc su-
p*hopscilis theologicis, opuscul. 10. disq. 1. dub. 2.* pra*in Ref.*
& affirmatiuum sententiam tener, quia, ait ipse, in
dubius tutor pars est eligenda, & hanc sententiam
etiam docet Suarez de Religion. tom. 2. lib. 4. cap. 6.
num. 10 & Sanchez in summa tom. 1. lib. 4. cap. 1. nu-
mer. 15. quando dubium ortitur ex liberationis defe-
ctu, vt, v.g. quia factum fuit ex aliqua animi per-
turbatione, ob aliquem metum mortis ex morbo, aut ob
iracundia calorem, quia in his casibus rarò contingit
defectus deliberationis requisite, & ideo ex communi-
ter accidentibus præsumitur debitam deliberationem
adsuſce.

2. Sed difficultas est quando defectus deliberationis oritur ex tenera votentis aetate? Turrianus *vbi supra* absolutè affirmat pro obligatione voti. Villalobos *in summa tom. 2. tract. 34. difficult. 7. numer. 3.* Faustus *in tract. Relig. lib. 1. quest. 26.* Maldenius *in 2. 2. tract. 10. cap. 1. dub. 5.* Sanchez *n. 14.* distinguunt; si votens septennium explicerat tempore voti emissi, praesumendum est in eo dubio vclus rationis, ac proinde obligabit votum, seu iuramentum; si autem non expliquerat, praesumitur defectus vclus rationis, nisi de illo constet, ac proinde non obligabunt. Quid si dubium sit, an ex-^{sup.hoc figura} pleuerat, vel ne, credo in voti fauorem praesumendum, Ita Sanchez.

3. Verum contrarium sententiam tenet Sotus de
inst.lib.6.quest.3.art.2 docum.1. ver. sed est hic. Ludo.